



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

24. Iustitia ex timore poenae, est iustitia ex lege & nostra, quam
Apostolus arbitratus est detrimentum ac stercora.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

*Serm. 18. de
verb. Apoll.
c. 7.*

*Serm. 15. de
verb. Apoll.
c. 7.*

*Philipp. 3.
lib. de grat.
Christ. c. 48.
lib. 2. de pe.
marit. c. 13.*

Ecclesiast. 19. c. 8.

alio in loco timoris istius defectum exprimere. *Canides ait, aliter esse non caperis, quia times ardere in igne sempiterno, NON DVM LAVANDVS ES: non quidem ita dolendus, ut ante, sed tamen NON DVM LAVANDVS. Quid enim magnum est timere panam? Quia interrogacionem alibi id ipsum tractans perficit: Quid magnum est panam timere? Quis enim non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarus? Nam & latro temet malum & ubi non potest, paenarum timore, non facit & tamen latro est. Et sanctus*

A Prosper Augustini in hac doctrina discipulus individuus: Alter quis timet, ne malum quo patinatur, incurrit, alter ne bonum (id est justitiam vel Deum) quo delectatur amittat. Non igitur 3. deplorat. Non igitur 3. contumeliam omnium timor HABERI DEBET IN VITIO, SED ILLE TANTUM, DE QVO SCRIPTUM EST; QVIA TIMOR POCNAM HABET. Quod vitium ut ostendimus, non ex ipsa natura timoris, sed ex timentis inordinatione proficitur.

CAPUT XXXII.

Iustitia ex timore poenae, est iustitia ex lege & nostra, quam Apostolus arbitratus est detrimentum ac fiscora.

*Serm. 15. de
verb. Apoll.
c. 7.*

*E*x ipsis igitur tribus principijs uteumque patet cuiusmodi sit animus & voluntas eorum qui poenam timent, & ex isto timore iustitiam legis facere, & iniurias suas dolere & abjecere meditantur. Patet etiam cuiusmodi esse possit ista iustitia, quam non amore iustitiae sed timidine poenae legem implentes, vel potius non implentes, operantur. Nempe iustitia sua, hoc est, propria, non Dei, iustitia ex lege, non ex gratia: quia iustitia ex legis terribili mandato profecta, non ex legislatoris largientis beneficio; quemadmodum supra ex Augustino declaravimus. Nam iustitia ex lege, & propria sua est, quae sit de timore poenae, non de amore iustitiae. Quantu vero pretij talis iustitia apud Deum hibetur, & apud homines haberi debeat, Apostolus docet, qui timore poenae conversatus in lege, sine querela, talem iustitiam suam qua ex lege est, arbitratus est detrimentum ac fiscora, pro ut sepius Augustinus annotat. Nempe ideo, B quia talis iustitia non est vera iustitia coram Deo, sed exterorum operis tantum, quae similitudinem iustitiae preseferunt, cum ex affectu iniquitatem & prevaricatore legis oriantur, quo mali facere quod eum formido poena perpetrare non sinit. Quod perpicuis sane verbis de Apostolo Paulo sanctus Augustinus tradit: Nec moveat, inquit, quod ad Philippenses scriptis, secundum iustitiam que in lege est, quod fuerit sine querela, POTUIT ENIM ESSE INTVS IN AFFECTIONIBVS PRAVIS PRÆVARICATORI LEGIS, ET TAMEN CONSPI-

CVA OPERA LEGIS IMPLENRE, VEL TIMORE HOMINVM, VEL IPSIVS DEI; SED POENAE FORMIDINE, NON DILECTIONE ET DELECTATIONE IUSTITIA. Quia, ut ibidem statim adiicit, sic profecto in ipsius intentus voluntate peccat, qui non voluntate sed timore non peccat. Et continuo evanescens illa peccata, quibus poenam formidando intus in voluntate peccaverit, inter ea ponit stultitiam, incredulitatem, errores, servitutem desideriorum & volupsum, malitiam, invidiam, odium proximi & similia: Talis, ait, Paulus fuit, quando secundum iustitiam qua in lege est, sine querela fuisse se dicit. Concinit sancto Augustino ad amissum sanctus Fulgentius, Magistro discipulus. Nam libro de Incarnatione & gratia docet, iustitiam ex lege, secundum quam Paulus conversatus fuit sine querela, tum ex Deo non habuisse. Quod cum ex Apostoli loco ad Philippenses probavisset, ubi dicit, arbitrator omnia ut fiscora ut Christum lucifaciens & inventar in illo non habens meam iustitiam, que ex lege est, sed illam que est ex fide Christi, tandem adiicit: Quia non bis verbis Apostoli rideat iustitiam qua ex lege est, esse ex homine de inventa: iustitiam vero qua ex fide Christi est, non est nisi ex gratia. ex Deo? Illi est igitur iustitia per quam impius erigitur, ut cadat in panam; Ita autem est, per quam iustificatus humiliatur, ut exaltetur ad gloriam. Ideo cum in illa qua ex lege est, sine querela conversaretur Apostolus, fuisse se impium non negat.

CAPUT